



UNIVERSITE DE PERPIGNAN VIA DOMITIA

Année universitaire 2020 - 2021

MASTER II Recherche
HISTOIRE, CIVILISATIONS, PATRIMOINE

Histoire, arts et archéologie méditerranéenne

Mémoire présenté par

Ninon ROQUES

sous la direction de **Caroline de Barrau**, maître de conférences en histoire de l'art et
archéologie médiévale

et en co-direction avec **Aymat Catafau**, maître de conférences en histoire médiévale

L'ÉGLISE MÉDIEVALE SAINT-JACQUES DE PERPIGNAN.

**Étude du bâti et mise en série avec la production gothique en
France méridionale.**

Volume n°3 : Annexes

présenté le 22 juin 2021 devant un jury composé de :

Claude DENJEAN, professeure des universités en histoire médiévale à l'université de
Perpignan Via Domitia,

Géraldine MALLET, professeure des universités en histoire de l'art et archéologie médiévale
à l'université de Montpellier Paul Valéry,

Caroline DE BARRAU, maître de conférences en histoire de l'art et archéologie médiévale à
l'université de Perpignan Via Domitia.

TABLE DES MATIÈRES

I - TEXTES MEDIEVAUX MENTIONNANT L'EGLISE SAINT-JACQUES :.....	4
TEXTE N°1 :	5
TEXTE N°2 :	8
TEXTE N°3 :	10
TEXTE N°4 :	11
TEXTE N°5 :	13
TEXTE N°6 :	16
TEXTE N°7 :	19
TEXTE N°8 :	20
TEXTE N°9 :	21
TEXTE N°10 :	23
TEXTE N°11 :	25
TEXTE N°12 :	28
II- TEXTES MODERNES MENTIONNANT L'EGLISE DU <i>PUIG DES</i>	
TISSERANDS :	33
TEXTE N°13 :	33
TEXTE N°14 :	36
TEXTE N°15 :	39
TEXTE N°16 :	41
III- TEXTES CONTEMPORAINS MENTIONNANT L'EGLISE :.....	48
IV- « PARROCHOLOGIE » DES CURES DE L'EGLISE SAINT-JACQUES,	
DIOCESE ET VILLE DE PERPIGNAN :	54

I - TEXTES MÉDIÉVAUX MENTIONNANT L'ÉGLISE SAINT-JACQUES :

Les textes qui suivent sont classés de façon chronologique afin de faciliter la lecture ainsi que la compréhension des deux volumes. De plus, certains de ces écrits sont parfois difficiles à lire ou à traduire, c'est pourquoi l'utilisation de certaines abréviations et de certains symboles est nécessaire lors des transcriptions de ces parchemins ; ci-après les explications des abréviations et symboles utilisés.

- [...] = texte illisible
- \xxx/ = texte inclus au-dessus de la ligne
- n. st. = nouveau style
- ADPO = Archives départementales des Pyrénées-Orientales
- Adioc = Archives diocésaines de Perpignan

Texte n°1 :

Mars 1244

Testament de Guillema fille de Perpinya Mercer contenant plusieurs legs dont un pour l'œuvre de l'église Saint-Jean le Vieux et un autre à l'œuvre de Saint-Jacques du puig.

Source : ADPO, G/244, original sur parchemin.

Manifestum sit cunctis quod ego Guillema filia quondam Perpiniani Mercerii, egretudine detenta, timeo penas inferni et cupio pervenite ad gaudia paradisi. Ideoque facio hoc meum testamentum in meo bona sensu et in mea bona memoria, in quo omnia /2/ bona mea mobilia et immobilia scripta et ordinata reperiantur. Unde eligo manumissores meos videlicet magistrum Domingo sacerdotem et Raimundum Gavella et Raimundum de Narbona quod, si forte mors mihi evenerit antequam aliud testamentum /3/ mihi liceret facere, isti habeant licenciam et auctoritatem ordinandi ac distribuendi omnia bona mea sic inferius in hoc meo testamento scriptum reperietur, absque omni dampno et missione eorum. In primis dimitto corpus meum Deo et ecclesie Sancti /4/ Johannis Perpiniani cum III solidos melgurienses, dimitto operi eiusdem ecclesie VII solidos melgurienses et unicuique inde presbitero XII denarios et unicuique inde diachono VI denarios et candeles beate Marie quam Raymundus Gavella tenet in cura II solidos, et aliis candelis beate Marie et sancti Johannis /5/ et sancti Petri et sancti Michaelis unicuique XII denarios et lampadibus altarii sancti Johannis III or quarteronos oleii et operi fratrum minorum V solidos et fratibus eiusdem alios V solidos pro pietate et operi Sancti Salvatoris III solidos et dominabus eiusdem alios III solidos pro pietate, /6/ et captivis redimendis II solidos et hospitali pauperum Perpiniani V solidos et I lectum munitum de pannis et ponti Thetis Perpiniani V solidos et Sancto Lazaro II solidos et Sancto Martino et sancto Acisclo unicuique XII denarios et helemosine Perpiniani quam Raymundi Gavella /7/ tenet in

cura X solidos et Sancte Marie de Eula II solidos et **operi Sancti Jacobi de Podio V solidos** et Sancto Juliano de Solerio II solidos et operi Valdebona II solidos et Sancto Spiritu Montispessulani II solidos et de usura et Johani Egidio de Orulo XL solidos quos ab ipso habui de usura et filiastre Bartholomei Bastit X solidos quos ab ipsa habui de usura. Dimitto Raimundo de Castilione nepoti meo CL solidos melgorienses quos ei dentur noticia manumissorum /9/ meorum plus etiam dimitto eidem Raimundi nepoti meo I fraxiam (sic) terre que est in terminis et in adiacencia Sancte Marie de Malleolis que se continet cum tenencia Raimundi de Acciato et cum tenencia Caironi sutoris. Relinquo Arnaldo de Castilione nepoti meo L solidos melgorienses /10/ quos eo dentur noticia manumissorum meorum et Cortale consobrine mee XL solidos melgorienses et Bernardo Martino consobrino meo I ortum cum omnibus arboribus que ibi sunt que est in terminis et in adiacencia Sancti Johannis Perpiniani., qui se continet cum orto Guilelmi /11/ Corneliarii et cum ripparia Thetis. Dimitto Lorde cognate mee et Guilleme uxori. Raymundi de Ripparia et Garssendi uxori Bernardi Espolegat quadam equis portionibus totum meum bestiare quem Bernardus de Rocanegada pro me tenet in comanda, plus etiam di /12/ mitto dicte Guilleme uxori Raymundi de Ripparia V quatonos oleii. Relinquo magistro Domingo sacerdoti predicto X solidos melgorienses ut ipse intercedat ad Deum pro anima mea. Et Galiane femine X solidos et filie eius uxori Guillemi Porcelli alios X solidos et Guilleme /13/ que mecum stat X solidos, et Mersarie femine V solidos et Aldamas de Turano cognate mee XX solidos melgorienses et quandam capam meam de rosseta et uxori Arnaldi Gaiani XV solidos quos mihi debet et Berengarie de Verneto Confluentis et Marie sorori eius unicuique I /14/ eiminam ordeii et Andree filio Guilelmi Espolegat quondam XX solidos melgorienses. Dimitto C solidos melgorienses pro pauperibus vestiendis. Relinquo sorori mee Aladaidi filie Perpiniani Mercerii quondam et uxori Arnaldi Catalani XXX solidos. Dimitto Arnaldo Guillelmo /15/ filio meo jure instuticionis et nomine hereditatis sue D solidos melgorienses bonos quos eidem filio meo serventur ad hinc usque ad IIIor annos completos et si dictus filius meus venerit in partibus Rossilionis infra dictum terminium statim ei dentur /16/ et si forte non venerit in istis partibus terre Rossilionis infra dictum terminium dictorum IIIor annorum, volo quod manumissores mii predicti emant de predictis D solidis CCC soldadas de honore qui honor emptus de perdictis CCC solidis dimitto /17/ pro meo anniversario sacerdotibus ecclesie sancti Johannis Perpiniani et redditus eiusdem honoris eis dentur equis portionibus quolibet anno ad diem obitus mei, ad quam diem celebrent missas ad Deum pro anima mea. De residuis vero CC solidis emantur

honor /18/res vel honorem per manumissores meos, quod honor predietus vel honores dimitto pro anima mea heclemosine Perpiniani quam Raimundus Gavella tenet in cura. In omnibus aliis bonis meis mobilibus et immobilibus quecumque sint et ubicumque instituo /19/ in heredem dominum meum Ihesum Christum, ut amore ipsius dentur pro anima mea noticia manumissorum predictorum.

Hec est mea extrema voluntas quam semper inviolabiliter servari precipio quo si non valet jure testamenti, valeat /20/ saltem jure codicillorum sive alie ultime voluntatis. Actum est hoc VII idus madii anno Domini MCCXLIII. Sig+num Guillelme filie Perpiniani Mercerii quondam testatricis predicte. Que hoc meum testamentum laudo et confirmo /21/ testesque firmarique rogo. Sig+++++na Raymundi de Ripparia et Raymundi Fan et Bernardi Calveti curaterii et Berengarii de Arriano pelliparii et Rogerii Sutoris testium rogatorum./22/ Raymundus de Villalonga scripsit hoc vice Raimundi Carles et sig<SM>num fecit./23/ Raymundus Carles notarius publicus Perpiniani hoc testamentum subscripsit et hoc sig<SM>num fecit.

Ego Petrus Aspar mandato Petri Calveti fideliter atque legaliter hoc translatum translatavi ab originali testamento puncto ad /24/ punctum, verbo ad verbum, nichil addens vel minuens, videntibus et legentibus III testibus sacerdotibus advocatis scilicet Raimundo de Argilers et Bertrando de Bula et Guilelmo de Serra qui omnes hoc translatum et originale testamentum viderunt et legerunt et ita bene convenire invenerunt idus julii /25/ anno domini MCCXLV. Petrus Calvetus scriptor publicus Perpiniani subscripsit. Et hoc sig<SM>num fecit.

Texte n°2 :

Août 1246

Testament contenant plusieurs legs faits à l'église Saint-Jacques et à d'autres églises.

Source : AdiocP, 136P2 /1, document n°1, original sur parchemin.

Quia nullus in carne positus mortem evadere potest, idcirco, in Dei nomine, ego Johannes Macellarius de Villarasa et egritudine detentus, timens penas inferni et cupiens pervenire ad gaudia paradisi, ideoque facio hoc meum testamentum, in meo bono sensu et in mea bona et plena memoria, in quo omnia bona mea mobilia et immobilia scripta et ordinata reperiantur. Unde eligo manumissores meos, scilicet Raymundum de Narbona (ma)cellarium et Stephanum Deuslosalum, quod si forte mors mihi evenerit antequam aliud testamentum mihi liceret facere, isti habeant licenciam et auctoritatem ordinandi ac distribuendi omnia bona mea sicut inferius in hoc meo testamento scriptum reperietur, absque omni damno et missione eorum.

In primis **dimitto Sancto Jacobo de Podio juxta Perpinianum**, unam domum meam, de celo usque in habissum, que se tenet cum alia domo mea et cum domo Raymundi Bonifilii. Tamen volo et mando quod Elena uxor mea teneat et possideat in omni vita sua predictam domum quam dimitto Sancto Jacobo. Post mortem autem dicte uxoris mee, remaneat ipsa domus ad dictum Sanctum Jacobum.

Item dimitto eidem Sancto Jacobo XII denarios et candel¹ Beate Marie ecclesie Sancti Johannis Perpiniiani XII denarios et hospitali pauperum Perpiniiani et ponti Thetis et Sancto

¹ Ce mot avait été oublié dans la transcription faite par l'érudite du XIXe siècle (Bonneyoy ?).

Lazaro et Sancto Martino et Sancto Ascisclo et Captivis Redimendis unicuique ex istis locis VI denarios, et sororibus Sancti Salvatoris XII denarios melgurienses et operi Fratrum minorum Perpiniani XII denarios et operi Predicatorum Perpiniani alios XII denarios et Sancto Antonino XII denarios et Petro de Arulis III solidos melgurienses quos ei debeo, et Petro Amat VII solidos melgurienses et Sancto Stephano de Villarasa pro cortinis VI solidos melgurienses et ecclesie Sancti Johannis Perpiniani VI denarius et operi eiusdem VI denarios et unicuique inde presbitero III denarios et cuilibet inde diacono II denarios et Bernardo Palars presbitero XII denarios et relinquo Johanni nepoti meo L solidos melgurienses qui ei solvantur cum fuerit etatis XV annorum, et dimitto Bernardo Borrello V solidos melgurienses pro usura quam ab ipso habui. Et pro missis celebrandis in remissionem peccatorum meorum V solidos melgurienses et Ferrario Peldeguil III solidos melgurienses quos ei debeo.

In omnibus aliis bonis meis mobilibus et immobilibus, quocumque sint et ubicumque, instituo mei heredem Elenam uxorem meam et quod ipsa persolvat meam manumissionem et legata mea predicta et debita quo debeo. Hec est mea extrema voluntas quam semper inviolabiliter servari precipio, que si non valet jure testamenti, valeat saltem jure codicillorum veu alie ultime voluntatis. Actum est hoc VII kalendas junii anno MCCXLVI. Sig+num Johannis Macellarii predicti qui hec omnia laudo et firmo, testesque firmari rogo. Sig+num Elene, uxoris ejus predicte qui hec omnia laudo et concedo. Sig++++na Bernardi Palars presbiteri et Petri de Arulis et Guillelmi Escarboti textoris et Burgeti Balesterii et Bernardi Borra testium. Petus Calvetus scriptor publicus Perpiniani scripsit [un blanc] et hoc sig<SM>num fecit.

Ego Petrus de Turrillis, mandato Petri Calveti fideliter atque legaliter hoc translatum translatavi ab originali testamento puncto ad puunctum, verbo ad verbum, nichil addens vel minuens, videntibus et legentibus tribus testibus advocatis, scilicet Bernardo Palars presbitero et Petro Aganet presbitero et Ferrario diachono, qui omnes hoc translatum et originalum testamentum viderunt et legerunt et ita bene convenire invenerunt kalendas augusti MCCXLVI. Petrus Calvetus scriptor publicus Perpiniani subscripsit et hoc sig<SM>num fecit.

Texte n°3 :

1274 (n.st.), le 7 des kalendes d'avril

Parchemin transporté et montré lors des différentes quêtes pour la construction de l'église Saint-Jacques, Saint-Luc et Sainte Marie-Madeleine du puig (église des trois vocables) par le curé Pierre Deude de Ulmis et les gestionnaires de l'oeuvre Guilhem Piquer, Johanes Perpunter et Guilhem Ferrarius ainsi qu'à tous ceux à qui parviendra cette page (prêtres et curés).

Source : AdiocP, 136P2 /1, n°4, original sur parchemin.

Noverint universi ad quos presens pagina pervenerit quod nos Petrus Deude de Ulmis sacerdos, capellanus sive rector **ecclesie beati Jacobi et beati Luche et beati Marie Magdalene podii Perpiniani**, et nos Guilelmus Piquer et Johanes Perpunter et Guilelmus Ferrarius rectores operis ecclesie supradicte, ordinamus, facimus et constituimus fratrem Arnaldum et fratrem Raymundum, presentis pagine exhibitores, certos et speciales procuratores nostros, ad petendum, exigendum et recipiendum ab universis fidelibus Christi elemosinas pias ad opus operis ecclesie memorate. Rogantes universos et singulos capellanos et rectores ecclesiarum et alios ad quos presens pagina pervenerit, quatinus amore Dei et gloriose Virginis Marie et beatorum Sancti Jacobi et Sancti Luche et Beate Marie Magdalene, predictos procuratores nostros benigne recipiant. Et de bonis a Deo eisdem collatis pias elemosinas ad opus predicti operis dignentur erogare. Nullos et alios recipientes preter istos procuratores nostros ad predictas elemosias exigendas, nisi forte aliam novam ordinationem faciemus super predictis. Et ad majorem firmitatem predictorum habenda, presentem paginam figillis predicti operis et nostri Petri Deude et Guilelmi Piquer et Guilelmi Ferrarii duximus roborandam. Actum fuit hoc .VII. kalendis aprilis, anno Domini millesimo .CC. LXX. quarto.

écriture en tête bêche:

A. Domoxec. I. de .F. Bn. de Layrac

Texte n°4 :

1286 (n. st.), 18 janvier

Les gestionnaires de l'œuvre (les fabriciens, les *obrers*) de l'église des saints Jacques et Luc du *puig* de Perpignan, avec l'accord du prêtre de l'église, confient à Arnau Pastor de Perpignan le droit de quêter au profit des dites églises dans certains lieux du Roussillon, avec la condition qu'il leur reversera les deux tiers des sommes reçues, une fois ses frais prélevés, et qu'il conservera l'autre tiers en rétribution de sa peine.

Source : ADiocP, 136P2/1, n° 3, original sur parchemin.

Notum sit cunctis quod nos Guilelmus Barravi et Guilelmus P(arer)ii operarii operis **ecclesie sanctorum Jacobi et Luche podii Perpiniani**, nomine dicti operis, consilio et voluntate Guilelmi Draperii rector dicte ecclesie Sancti Jacobi et Luche et Simonis Villenove presbiteri et Guilelmus Genoerii parrochianorum dicte ecclesie tradimus tibi Arnaldo Pastori de Perpiniano de hinc \usque/ ad primum veniens festum Natalis Domini totam quistam dicte ecclesie beatorum Jacobi et Luche in terra Rossilionis et in locis infrascriptis tantum et non alibi ita quod tu colligas et recipias et colligi et recipi facias et colligere et recipere tenearis bene et fideliter dictam quistam scilicet pias elemosinas confratias legata et omnia alia beneficia que ab universis et singulis Christi fidelibus data, legata promissa fuerit quoquo modo dicto operi in castro seu villa de Clusa et in villa sive castro de Volono et de Tressera et de Passano et de Trullariis et de Lupiano et de Reglela et de Corniliano de Ripparia et de Fontibus et de Calcia et de Bayxanis et Parietibustortis et de Opido et de Salses et a predictis villis sive castris inferius usque ad mare et in toto episcopatu Elne per totum dictum tempus. Et de omnibus piis helemosinis et confratris legatis et omnibus aliis beneficiis que tibi vel aliis pro te ab universis et singulis Christi fidelibus, nomine dicti operis dabuntur, erogabuntur et traduntur in predictis locis per dictum tempus, des et tradas bene et fideliter nobis ipsis receptis duas partes, et residuam vero terciam partem predictorum tibi teneas pro labore tuo et industria, factis et levatis

tamen per te prius de comuni predictarum helemosinarum aliorum predictorum expensis quas te facere oportebit pro predictis circa predicta colligenda et recipienda per dictus tempus tam in comestione tui quam in aliis.

Et ego dictus Arnaldus Pastor hec omnia laudo et promiti vobis dictis operariis, nomine dicti operis, quod ego bene et fideliter colligam et recipiam et colligi et recipi faciam in ni predicta per dictum tempus, et ipsis collectis et receptis, levatis inde predictis expensis, tradam et restituum vobis nomine dicti operis, ad vestram voluntatem (p...) II p(artes) dictarum piarum helemosinarum, legatorum confratriarum et aliorum beneficiorum predictum bene et fideliter, residua vero terciam partem earumdem helemosine et aliarum beneficiarum predictorum bene et fideliter ; residuam vero tertiam partem earumdem helemosine et aliarum predictorum mihi retinebo pro labore [...] obligando inde vobis nomine dicti operis omnia bona mea presenciam et futura et quod hec omnia predicta servem et compleam et quod contra non veniam bona fide et per stipulationem vobis promito ac etiam per Deum tactis corporaliter sacrosanctis .IIIior. Dei evangeliiis sponte juro.

Actum est hoc XV kalendas februarii anno domini M° CC° LXXX° quinto. Sig+++++na Guilelmi Barravi et Guilelmi Piquerii et Guilelmi Draperii et Simonis Villanove et Guilelmi Genoerii et Arnaldi Pastoris predictorum qui hec omnia laudamus. Sig+++na Arnaldi Esgavelati macellarii et Petri de Milares mercerii et Petri Querubi testium. Ego Nicholaus Camoti hanc cartam scripsi mandato Raimundi Torrentis et suprascripti in II linea usque. Nicholaus Camoti, scriptor publicus Perpiniensis auctoritate illustris domini regis maioricarum, post mortem Raimundi Torrentis quondam scriptoris publici Perpiniensis, hoc instrumentum in posse dicti Raimundi Torrentis receptum et laudatum subscripsit et hoc sig<SM>num fecit

Texte n°5 :

1299 (n.st.), 22 septembre

Bernat de Collo, prêtre de l'église Saint-Jacques, reconnaît avoir reçu la donation faite par Guilhem Bernard (autrefois recteur de la dite église Saint-Jacques, maintenant curé de Toulouges) qui cède tous les droits qu'il possédait sur les revenus du luminaire appartenant à la sacristie de Saint-Jean de Perpignan ainsi que tous les autres profits de l'église Saint-Jacques, qui lui avaient été vendus pour y-une durée de dix ans, non encore révolus, par le sacristain de l'église Saint-Jean, contre paiement de quinze livres de Melgueil par an. L'acte précise les modalités de ce paiement pour les années suivantes. Parmi les témoins figure le maître d'œuvre Pons Descoyl (Poncii de Collo) le célèbre architecte et tailleur de pierre catalan. Il est possible qu'il ait été un parent du prêtre Bernat de Collo (Descoyl ?).

Source : AdiocP, 136P2 /1, n°4 (deux documents sont numérotés 4), original sur parchemin.

Notum sit omnibus quod ego Bernardus de Collo presbiter **ecclesie Sancti Jacobi ville Perpiniani** confiteor et recognosco tibi Simoni Arriani presenti, et Nichole de Rochaforti nuncio illustris domini regis Maioricarum et Perpiniano Carcamugii fabro absentibus, habitantibus Perpiniani \operatoriis operis dicte ecclesie/ et tibi scriptori publico infrascripto nomine dictorum absencium stipulanti et recipienti, quod ego, nomine et ad opus dicti operis, recepi illam donacionem et diffinicionem quam Guillemus Bernardi, olim rector dicte ecclesie Sancti Jacobi, nunc sacrista ecclesie Beate Marie de Tolugiis, mihi fecit de toto jure quod habebat et habere debebat in luminaria dicte ecclesie Sancti Jacobi pertinente sacristie ecclesie Sancti Johannis de Perpiniano et in omnibus aliis quod provenient eidem ecclesie Sancti Jacobi quod a Christi fidelibus eidem ecclesie erogabuntur pertinentibus dicte sacristie per tempus

futurum infrascriptum, rationem vendicionis eidem Guilelmo Bernardi facte a domino Arnaldo Massoti sacriste dicte ecclesie Sancti Johannis de predictis per decem annos non dum preteritos cum publico instrumento precio cuiuslibet anni quindecim librarum melgoriensium bonnarum solvendarum per terminos contentos in instrumento dicte venditionis ut in eo continetur. Quam donationem michi fecit per totum illud tempus per quod tenere debebat predicta ratione dicte venditionis unde per me et omnes meos dono vobis nomine dicti operis recipientibus et tibi scriptori publico infrascripto nomine dictorum absencium recipienti totum quicquid jure habeo et habere debeo in predictis racione dicte donationis, totum integriter ac generaliter sicut melius et plenius dici, legi ac intelligi potest, ad utilitatem vestram et dicti operis, cedendo dicto operi et vobis dictis operariis et tibi scriptori publico infrascripto nomine dictorum absencium stipulanti et recipienti penna, jura et actionnes quod et quas habeo et habere debeo in predictis aliquod modo per dictum tempus, constituendo inde vos in rem vestram, dominos et procuratores contra omnes personas. Et continenti constituo me predicta vestro nomine possidere vel quasi donec nacti fueris nomine dicti operis plenam et corporalem possessionem vel quasi quam possitis aprehendere et penes vos retinere incumque volueritis ad omnes vestras et dicti operis voluntates, per dictum tempus faciendas. Promito etiam vobis et tibi scriptori publico infrascripto nomine dictorum absencium stipulanti et recipienti quod ego bene et fideliter colligam et congregabo ac recipiam [predicta] per tempus futurum in dictorum in decem annorum nomine dicti operis et de hiis quod inde habuero solvam solvam (sic), singulis annis per tempus futurum dictorum decem annorum dicto Arnaldo Massoti dictas quindecim libras malgorienses et si, solutis singulis annis quindecim libris malgoriensibus predictis, aliquid inde superfuerit illud vobis vel sucessoribus vestris tradam et restituam nomine dicti operis ad vestram voluntatem bene et fideliter et si illud quod inde habuero non sufficeret ad soluendum singulis annis dictas quindecim libros malgurienses illud quod inde defficeret teneamini vos solvere de bonis dicti operis et inde me servare ponitus indempne promitens vobis et sucessoribus vestris nomine dicti operis quod ero fidelis et legalis vobis in predictis. Pro quibus omnibus supradictis et singulis obligo vobis nomine dicti operis et tibi scriptori publico infrascripto nomine dictorum absencium recipienti omnia bona mea presencia et futura.

Et ego dictus Simon Arriani hec laudo et pro me et aliis operariis predictis promito tibi dicto Bernardo de Collo stipulanti predicta servare et complire ut superius dicta sunt. Pro quibus omnibus supradictis et singulis obligo tibi et tuis omnia bona dicti operis presencia et futura.

Actum est hoc decimo kalendas octobris anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo nono. Sig⁺⁺na Bernardi de Collo et Simonis Arriani predictorum qui hec omnia laudamus. Sig[—]na Petri Ferrioli, Arnaldi de Opido paratoris, **magistri Poncii de Collo piquerii habitantium Perpini** et Guillemi Bernardi predicti et Petri Querubi testium. Ego Petrus Mosseti hanc cartam scripsi mandato Arnaldi Ysarni et rasi et emendavi in prima linea - presbiter ecclesie - et suprascripsi in secunda linea - operariis operis dicte ecclesie -. Arnaldus Ysarni scriptor publicus Perpini hoc instrumentum recepi [in] posse Petri Querubi olim scriptoris publici [...] sig^{<SM>}num feci.

22 septembre 1299

Texte n°6 :

1301 (n.st.), 13 juin

Donation d'un prêtre de l'église Saint-Jacques nommé Bernard de Collo pour les anniversaires de Trobador de Villarldo et son épouse défunts ainsi que pour l'âme de Bérengère Falconerie. Cette donation est complétée de 105 sous pour la construction du portique de l'église et de 100 sous pour l'œuvre des cloches de l'édifice. 100 sous de plus ont été également consacrés aux travaux de la dite église.

Source : AdiocP, 136P2 /1, n°5, original sur parchemin.

Noverint universi quod nos Guilelmus Genoerii et Petrus Ferrioli parrochiani et operarii operis **ecclesie Sancti Jacobi ville Perpiniiani**, consilio et voluntate Simonis Arriani et Petri Besalduni parrochianorum dicte ecclesie, nomine dicte operis, confitemur et recognoscimus tibi Michaeli Ministrali rectori ipsius ecclesie Beati Jacobi, nomine omnium sacerdotum ipsius ecclesie recipienti, quod Bernardus de Collo presbiter dicte ecclesie tradidit nobis, nomine dicti operis, de voluntate aliorum sacerdotum dicte ecclesie, sexaginta solidos barchinonenses coronatos, de qua moneta LXV solidos valent una marcham argenti fini recti pensi Perpiniiani, qui fuerunt dati dictis sacerdotibus pro aniversario per eos faciendo singulis annis in secunda septimana kadragesime pro animabus d'En Trobador de Villarnaldo et uxoris eius condam ; et Guilelmus Vivers sacerdos ipsius ecclesie, de voluntate aliorum sacerdotum ipsius ecclesie tradidit nobis , nomine dicte operis, quadraginta quinque solidos barchininenses coronatos dicti valoris, qui fuerunt assignati et legati dictis sacerdotibus pro anniversario per eos singulis annis faciendo duodecima die in exitu mensis madii pro anima Berengarie Falconerie condam. Et ita sunt complete centum quinque solidos barchinonenses quos posuimus in **construccionem porticus** quam nunc facimus ante portam ipsius ecclesie, de quibus perpacatos nos tenemus, renunciantes exceptioni peccunie non numerate.

Item recognoscimus tibi dicto rectori, nomine dictorum sacerdotum recipienti, que Guilelmus Draperii olim rector dicte ecclesie tradidit mutuo Johani de Rippullo pellipario et Berengario de Joco et arnaldo de Verneto condam operariis dicte ecclesie, nomine ipsius operis, centum octuaginta solidos melgurienses ad **opus cembalorum dicte ecclesie construendorum**, quos CLXXX solidos dicti sacerdotes habuant de precio medietatis cuiusdam orti qui fuit Petri Regis condam pro anniversario per eos singulis annis faciendo in dicta ecclesia pro anima dicti Petri Regis nonadecima die in introitu mensis julii, de quibus CLXXX solidos dicti Johannes de Ripullo et Berengarius de Joco et Arnaldus de Verneto fecerunt, nomine dicti operis, instrumentum debiti dicto Guilelmo Draperii nomine dictorum sacerdotum, quod tu nobis restituis.

Et ita recognoscimus tibi, nomine dictorum sacerdotum recipienti, quod Guilelmus Barravi resedorius manumissor testamenti Gallarde Vacherie condam, de bonis ipsius Gallarde tradidit Nichole condam operario dicte ecclesie centum solidos melgurienses quos dicta Gallarda dimisit dictis sacerdotibus pro anniversario per eos in dicta ecclesia singulis annis faciendo septima die in introitu mensis junii, qui fuerunt posite in operibus dicte ecclesie.

Et ita preter omnes predictas peccunie quantitates habet dictum opus a dictis sacerdotibus decem et novem librars et quinque solidos quas promissimus tibi et sacerdotibus predictis vel successoribus vestris² restituere de bonis dicti operis incontinenti cum emeritis aliquam remad opus dictorum anniversariorum et non ante, verum nos vel successores nostri in dicto opere possimus tibi et dictis sacerdotibus vel successoribus vestris restituere dictas XVIII libras et quinque solidos quandocumque nobis placuerit et cum nos de voluntate procerum dicte parrochie velimus, salute animarum dictorum defunctorum pro quibus debent fieri dicta anniversaria, satisfacere promitimus tibi nomine quo supra stipulanti quod quamdiu dictum tenerit dictos denarios, nos, et successores nostri in dicto opere, dabimus tibi et dictis sacerdotibus, singulis annis, predictis anniversariis faciendis, pro animabus dictorum defunctorum viginti solidos barchininenses coronatos dicti valoris, per quatuor solutiones, scilicet die cuiuslibet dictorum quatuor anniversariorum, quinque solidos.

Pro quibus omnibus supradictis et singulis obligamus tibi et dictis sacerdotibus dicte ecclesie, et successoribus vestris, omni bona dicti operis presentia et futura. Et nos dicti Simon Arriani et Petrus Besalduni et Michael Ministralis et Bernardus de Collo et Guilelmus Vivers hec omnia

² *vel successoribus vestris* : répété

laudamus. Actum est hoc terciodecimo kalendas junii, anno domini millesimo trecentesimo primo. Sig+++++na Guilelmi Genoerii et Petri Fereoli, Simonis Arriani et Petri Besalduni et Michael Ministralis et Bernardi de Collo et Guilelmi de Vivers predictorum, quod hec omnia laudamus. Sig+++num Stephanus de Santco Arnacho, Guilelmi de Pulcropodio fusterii habitantium Perpiniani et Petro Querubi testium. Ego Jacobus Bocanova hanc cartam scripsi mandaro Arnaldi Ysarni. Arnaldus Ysarni scriptor publicus Perpiniani subscripsit et hoc sig <SM>num fecit.

Texte n°7 :

Transcription d'un texte datant de 1401

Transcription d'un testament datant de 1401 par Bernard Alart, il est question de la pose des vitraux dans le chevet de l'église Saint-Jacques de Perpignan ainsi que de l'artiste qui les a peints.

Source : Alart, Cartulaire roussillonnais [S-p295] ; Notule de Bernard Fabre 1400 (not. N°2149).

Solutiones testamenti Arnaldi Agaveti quondam ortolani Perpiniiani... item michi Arnaldo Pintoris pintori Perpiniiani XXX solidos barchonenses michi debitos pro aliquibus operibus per me noviter **factis in veyriali capitis Sancti Jacobi** ad instanciam Guillemi Tisoni, Guillemi Belleroni ortalanorum necnon aliorum procerum ortolanorum parrochialium dicte parrochie Sancti Jacobi, qui XXX solidos legati fuerunt operi dicti capitis per dictum Amaldum Agavei in suo testamento.

Actum est hoc Perpiniiani XXVI die decembris M.CCCC.I. testibus Michaele Xeruberi pinctore Johanne Domingo ortolano Perpiniiani.

Texte n°8 :

1400

Testament de Bernard Dalmacii textor Perpiniani, élection de sépulture au cimetière Saint-Jacques, legs à l'œuvre de Saint-Jacques, au bassin du luminaire de Beate Marie de cette église legs pour la « quanquila » qui doit être faite à la chapelle saint Barthelemy construite dans l'église Saint-Jacques de Perpignan.

Source : 3E1/2147 notaire Bernard Fabre a. 1400, fol. 5r°

Vicesima nona de junii anno M° quadragentesimo Quoniam nullus etc In dei nomine etc Ego Bernardus Dalmacii textor Perpiniani, sanus per Dei gratiam mente et corpore, tamen habens propositum meum di proximore redendi a villa Perpiniani et accedendi, Domino permitente, mei pregrinacionis ad Civitatem Rome etc ideo hoc meum facio ultimum testamentum etc **in quo etc eligens corpori meo sepulturam, si in hac villa Perpiniani me decedere contingerit in cimiterio Sancti Jacobi Perpiniani**, si alibi in ecclesia parrochiale illius loci ubi me decedere contingerit. [...] Et accipio de bonis meis pro anima mea quinquaginta libras. Ex quibus lego operi ecclesie Sancti Jacobi Perpiniani, amore Dei, decem solidos. Item lego bacino pauperum dicte ecclesie Sancti Jacobi, amore Dei, decem solidos Item lego bacino luminarie Beate Marie et cereys comuicandi eiusdem ecclesie cuilibet ipsorum quinque solidos [...] Item lego operi quanquila (guanguila) qui fieri debet in capella Sancti Bartholomei constructa in ecclesia Sancti Jacobi Perpiniani triginta solidos, [...].

Texte n°9 :

6 novembre 1400

Fabrique. Chapelles et confréries des jardiniers, du Précieux corps, de Saint Gaudérique. Protestation des obrers de Saint-Jacques et des rigidors de la confrérie du Précieux corps, contre une ordonnance du bayle leur enjoignant de lui rendre compte du produit de leurs quêtes.

Source : ADPO, G/544, n°6, Parchemin original.

Cum vos honorabilis dominus Berengarius Baiuli \miles/ baiulus ville Perpiniani mandaveritis \ad instanciam nonnullorum ortolanorum/ sive mandaveri feceritis per subbaiulum dicte ville Perpiniani Petro Botreli et Bernardo Cereti et Bernardo Jordani et Johanni Viaderii \et Johannii Fabre caput officii sive sobreposat / olim opperarios ecclesie Sancti Jacobi dicte ville et opperarios eciam capelle Corporis Christi dicte ecclesie quod sub pena quinquaginta solidorum abeant per totam diem presentem vobis portare los bacins e les boçes ab los quals e quals acapten intus dictam ecclesiam et extra, accedendo per peroxiam¹ quod quidem perceptum est injustum vel saltim nullum primo quia vos de predictis in uta privilegia ville Perpiniani non debetis intromitere nec vobis \pertinet cognitio/ imo predicta causa quod fuisset aliqua discordia pertinent consulibus dicte ville. Et causa quod vobis predicta pertineretur quod expresse negatur ad huch debebatis predictos opperarios vocare et audire in eorum rationibus et per² perconsequens vestrum madatum est nullum ipso jure # < # Item est nullum predictum mandatum vel injustum quia per predictos opperarios fuit michi facta legitisma electio de certis ac honestis personis in quibus tenetur predictos bacinos \et bursas/ tradere que quidem alecto fuit facta³ de voluntate procerum dicte parroxie ac eciam de voluntate dels sobreposats del officii.> Item est nullum predictum mandatum quia vos non fecistis illum de consilio vestrorum


judicum pro tanto predicti superius nominati requirunt vos quatinus visis presentibus illum revocetis, cum ita de jure fiendum existat. Alias si predicta recusare distuleritis quod non opinantur in his scriptis a vobis dicto baiulo et a vestro mandato et manadatis nec non ab omnibus processibus et annatamentis per vos \factis et/ fiendis ad dominum nostrum regem aragonum seu ad eius honorabilem dominum judicem primarum appellationum provocant et appellant petentes sepe sepius et instanter ac cum instancia [..]iata apostolos eis dari et concedi protestantur eciam pro predictis possint vos convenire coram iudicibus tabule coram quibus nos tenebitur tabulam. De quibus petunt eis fieri publicum instrumentum per vos notarium.

Die VI novembris anno M° CCCC XVII fuit presentata per inferius nominatos operarios de baiulo Perpiniensi ad [...].

Texte n°10 :

Document que je n'ai pas eu le temps de transcrire mais qui mentionne un bénéfice fondé dans la chapelle Sainte Croix de l'église Saint-Jacques de Perpignan. Il est suivi par les noms des prêtres officiant dans la chapelle ou dans l'église.

Source : 3E1/1726, Baseli 1418.



Suite :

3E1/1726
Carli 1418

ARCHIVES
PROPRIÉTÉ
PUBLIQUE
DES PYRÉNÉES

X

Handwritten text in a medieval script, likely Latin or Occitan, covering the upper half of the page. The text is dense and appears to be a legal or administrative document.

Handwritten text in a medieval script, likely Latin or Occitan, covering the middle section of the page. It continues the narrative or legal text from the upper section.

Handwritten text in a medieval script, likely Latin or Occitan, covering the lower section of the page. It concludes the main body of text.

Handwritten text in a medieval script, likely Latin or Occitan, at the bottom of the page, possibly a signature or a final note.

Texte n°11 :

20 avril 1485

Construction de l'édifice dit de la « libreria », à bâtir derrière la chapelle de Saint Paul, entreprise par Pierre Martre maître maçon sur le plan donné par les obrers. Les plans sont toujours conservés. Il est également question des matériaux utilisés pour son édification.

Source : ADPO, G/542, Parchemin original.

De e sobre lo ediffici fahedor, en lo nom de Déu e de la Verge Maria, **amen, en lo ciminteri de Sant Jacme de la vila de Perpenya, per la libreria se fa de nou en dita isglesia e part de dit ciminteri**, entre los senyors en Ffrancesc Campredon mercader, Pere Adris mercaders, Pere Ramon tixedor e Johan Guillem Prim ortolà de la dita vila l'any present, Pere Martre peyrer de la dita vila de la part altre, foren fets, inhits e jurats capitols de la seria e tenor següents.

Primo es convengut e concordat entre les dites parts que lo dit martre fara dit ediffici segons en lo present paper es debotxat a les de larc segons es principiati **en dit ciminteri detras la capella de Sant Pau de dita esglesia** e dalt a coneguda de dits obres ab buada e paret de gruy de hun cayro e ab tres finestres a coneguda de dits obres e la buada de regola doble e la taulada sobre dita buada a coneguda de dits obres.

Item es convengut que dit Martre haura feta, acabada e rebatuda dita obra d'assi a Sant Johan de juny primer venent be degudament e be mestre a coneguda de mestres peyrers sots la pena e jurament deius següents.


Item es convengut que dit Martre fara dita obre e ediffici a son despens de mestre e manobres e de altres coses reservat cayrons, pedra, calçs, arena, e ferramenta de porta e de finestres e de guix, les quals coses dits obres li donaran ultra lo preu deius scrit.

Item que dits obres ultre dites coses donaran per lo preu fet de dita obra a dit Martre vint lures liures moneda corrent d'aqui a dit festa de Sant Johan deius sote la pena deius escrita.


Item es convengut e concordat entre les dites que tindran e observaran los dits capitols e no y contrevindran sots la pena de cinquanta liures donadores les tres parts a la part obedient e la quarta part a la cort ont sera denunciada e per so ne obigaran les dits obrers los bens de dita obra e lo dit Martre los seus propis etc e juraran

Die mercurii XX aprilis anno M^oCCCC^oLXXX^o V^o predicta capitula fuerunt firmata et jurata per dictas partes et ea omnia tenere et servare promiserunt sub dita pena et fiat ut supra et jurant etc renunciants etc

Testes firme dictorum Campredon, Petri Ramon et Martre, Petrus Trinyach, Johannes Falgues mercatores Perpiniiani Et ego Jacobus Çatorre notarius.



G542
1450-1647



Texte n°12 :

Février 1490

Bulle du pape Innocent VIII accordant 100 jours d'indulgence à tous les fidèles qui visiteraient la chapelle funéraire de saint Maur, saint Bérenger et saint Jacques.

Source : ADPO, 137/J 188, Parchemin original.

Rodericus ... Pertuer Ol.. Sabmer Marcus Penestru Juliamus ... tier Johannes Albaner...

// Dol annesundrel tt sancti Marcelli Jeronimus tt sancti Gusgoni dominicur tt sancti Clementis Paulus tt sancti sncti presbiteri francii cus sancti E us ta... a

// Raphael Sanc ti Gcorgii actum vclun aureun et Petrus sanc tore Cosine ce et annoni et iacom miseratione d...a acros ancte romar ecclesie cardinales

// universis et singulis pisicelibus pites litteras inspecturis saltu ir domino sempiternam splendor paterne glorie qui sua mundun ineffabili illuminat doritate pia vetafidelum deipsur

// clementissima maies tate sperantum tunc precipue benicne fauore prosequitur cunti denota ipo humilitas piis sancti precibus et meritis admuatur cupientes igitur ut capella sanctorum

//Mauri abbatis et Berengarii confessorum quam sicut accepimus dilectus [...] Berengarius Sancii laicus mercator habitator oppidi Perpiniiani Elna diocesis de bona ad eo sibi

// collatis pro sue et cunctorum aliorum Christi fidelium animarum salute de novo **in cimiterio ecclesie Sancti Jacobi dicti oppidi contiguo construi fecit et dotavit et ad eam propterea singula e gerit devotionar**

//congruis frequen.. ... (*ligne peu lisible*) dificus debite aparetur conservetur et mantuneatur lib.. calicibus luminaribus

//ornamentis ecclasticis ac rebus aliis pro divino cultu necessariis decenter intimatur neque Christi fideles ip(b?)i colibentius causa devotionis confluant ad eandem capelam et ad reparationem

// conservationem manutione ac munionem *huiusmodi* manus promptus corrigant adiutores quo ex hoc ibidem dono celestis gre uberius conspexerit serefect Nos Cardinales prefati

//videlicet quia...mir de omnipotentis Dei misericordia ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius aucte confisi omnibus et singulis Christi fidelibus utriusque sexus veres penitentibus et confessis qui


//capellam predictam in eorundem sanctorum Mauri, Beringarii et Jacobi maioris apostoli dedicationis sancti Michaelis archangeli de mense septembris et ipsius capelle dedicationis

//festivitatum diebus a primis vesperis usque ad secundas vesperas inclusive devote visitaverint annuatim et ad premissa manus porrexerit ... trices ut prefertur pro singulis festivitatum

//diebus predictis quibus id fecerint centum dies de imnctis eis penitentis nunc in Domino relaxamus presentibus perpetuis futuris temporibus duranturis in quorum omnium et singulorum

//fidem premissorum litteras nostras huiusmodi fieri nostrorumque solitorum sigillorum iussimus appensiorum munire. Date Rome in domibus nostris sub anno a nativitate Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo

// die vero decimanona mensis februarii pontificatus sanctissimi Christo patris et Domin nostri domini Innocentii divina providentia pape octavi anno ...







II- TEXTES MODERNES MENTIONNANT L'ÉGLISE DU PUIG DES TISSERANDS :

Texte n°13 :

1550

Ce parchemin original de 1550 (réécrit par le notaire perpignanais Antoine de Mir en 1567) donne des informations sur la construction de la librairie. Ce texte est un accord entre les syndics (ici quatre curés élus pour l'année par la communauté) et la fabrique (représentée ici par quatre laïcs) pour des travaux à faire dans la librairie payés par la communauté, afin d'adapter la salle en lieu de réunion du syndicat.

Source : ADPO, G/542, Parchemin original.

Capitula

Los noms de nostre senyor Déu Jesu Christ y de la gloriosa Verge Maria mare sua humilment invocats.

1550

